

A mum dominum regem Castella & praelatos regni sui, & alia viginti quae dirigantur ad serenissimum dominum regem Aragonum & Siciliae & praelatos regnum suorum, & decem quae dirigantur ad illustrissimum dominum regem Navarrae & praelatos iurisdictionis ipsius, & quinque quae dirigantur praepotenti domino comiti Fuxi, prout in eisdem literis debet ferrius contineri.

Secundo, quod dictae conuocationes fienda per dominos de concilio Constantiensis, & etiam per dictos dominos reges & alios & c. necnon & congregatio & constitutio concilii generalis fienda per dictos dominos reges & ceteros de obedientia dicti domini Benedicti & c. possint fieri & fiant generaliter, ut deferatur honori concilii Constantiensis iam dicti, scilicet pro extirpatione schismatis & haesum, pro sanctae Romanae ecclesiae, pro reformatione uniuersalis ecclesiae in capite & in membris, & pro unico eligendo pastore, & pro alijs causis & rationibus quae ad generale concilium de iure pertinent & spectant. Sed ad partem promittatur & firmetur per serenissimum dominum Imperatorem, & per dominos praenotatos, praelatos & ceteros spectabiles uiros huc missos ex parte dominorum de dicto concilio Constantiensis, nomine dicti concilii & etiam proprio, mediante publico instrumento cum iuramentis, quod in concilio Constantiensis uniendo & constituendo (ut praefatum) non tractabuntur, ordinabuntur, statuentur, uel tractari, ordinari aut fieri permittentur directe uel indirecte aliqua concernentia aut tangentia dictos dominos, reges, principes, praelatos & alios de obedientia dicti domini Benedicti uel aliquem ex eis, non solummodo duntaxat causa electionis dicti domini Benedicti, & electionis futuri summum pontificis & reformationis ecclesiae in capite & in membris, & in causa haesum cum dependens, & emergens, & c. Et quod dicti domini de dicto concilio Constantiensis, ratificabunt & approbabit huiusmodi promissionem & obligationem, mediante publicis instrumentis, ut supra. Et quod nihilominus praedicta promissio, ratificatio & securitas specialiter confirmetur, & rata habeantur, & nouiter firmentur, & statuatur per dictum formandum concilium sufficienter, prout fieri debeat, & est solitum, antequam procedatur & procedi ualeat ad aliquos actus, postquam fuerint uniti. Et quod si contrarium fieret, domini reges & principes & alij de obedientia dicti domini Benedicti ab expresso ex nunc agunt & dicunt, quod illa sic in contrarium facta per formandum & unendum concilium, habeantur pro inualidis atque nullis ipso iure, & quod ad obseruationem eorum dicti domini reges & principes & ceteri de praenominata obedientia dicti domini Benedicti minime teneantur.

B Tertio, quod praefatis de obedientia dicti domini Benedicti uenientibus ad Constantiam, statim fiat unio eorundem ad dictum concilium Constantiense, pro faciundo unum uniuersale concilium. Quo facto, dicti domini reges & principes & alij de obedientia eiusdem domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quod non possunt licite obedire alicui in papam eligendo ut uero papae, nisi prius uacaret papatus morte aut renunciatione dicti domini Benedicti, pure, licite & libere facta, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, uel per iustam et legitimam ipsius depositionem seu depositionis declarationem ac electionem a papato per dictum concilium uel eius autoritate fiendam. Propterea in fauorem dictae unionis consequenda, est concordatum inter serenissimum dominum regem Romanorum & alios dominos de concilio Constantiensis, quod ab eis sacrum concilium generale appellatur, & inter ambasiatores & procuratores dictorum dominorum regum & principum, qui sunt de obedientia dicti domini Benedicti, quod antequam ad electionem unici summi pontificis procedi ualeat per dictum concilium, uel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum concilium sic unitum, contra eundem dominum Benedictum, nolentem aut subterfugientem renunciare pure & libere, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, aut etiam quomodolibet delinquentem prout de iure diuino pariter & humano potest & debeat procedi per dictam

al. unione ecclesiae